



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio II. Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

dauera se insinuauit. Viua corpora mergerentur: non supernarent. Verum audio hoc fieri, quia sagas aqua prodere mauult, quam celare crimen: & sic quasi præconem agit. scio creaturas omnes laudare Deum, & gloriã Dei enarrare: sed hoc non faciunt, eo modo, quo Iosue iussit Achanum dare Deo gloriam. non quo Pharisei id à cæco nato exlegebant: sed sua pulchritudine, ornata, vtilitate, & efficacia, quam ipsis Deus tribuit, opificis & creatoris sui bonitatem, sapientiam, diuitias & potentiam hominibus annunciant. Illa vero confessio & indicatio, & vt ita dicam præconium, siue mauius accusatio: quam confingit Scribonius: sacris litteris, concilijs, Patribus, & Ecclesiasticis monumentis noua est, & inaudita: quare nec vero similis, nec credibilis, ne tuta. scilicet alia nobis media Deus non reliquit, ad explorandam veritatem. Signum est initi cum Deo fæderis: hoc scimus & credimus dicenti. Deo signum vt credamus eandem esse fæderis violati, postulas? da simile testimonium, & credemus. Das nullum? non credimus istud, qui illud confitemur. Deinde non aquæ quatenus est aqua, vt instrumento, neque vt sigillo, salutem tribuimus nostram: sed quatenus ad aquam accessit forma baptismalis. salubriter illa abluit, quando verbum accessit ad elementum: tunc enim factum est Sacramentum, quod nudum prius erat elementum. Tolle verbum: nec sacramentum, nec sigillum agnosco, tunc dicam aquæ laudem Dei & gloriam nobis annunciar per terram, per aërem, per ignem: & quæram cur non hæc aquæ sagas prodant? cur illis aër spiritum non reddidit difficiliorem, & lenta prodit præfocatione? cur non subsidit terra, &

A medias haurit, vt sic prodantur? cur nõ aër illas solo allidit, & vicissim resultu, vt pilas, terra in aërem repercutit? cur ignis illis communem se cum ceteris præbet creaturis? Equidem si odio sunt vlli elemento, igni erunt odio: nam ignem illæ præ ceteris elementis odere: & mutua solet esse antipathia ratio. Sunt & alia plura, de quibus sequenti Sectione.

B
S E C T I O II.

Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.

C
I C. quem dicebam, & cuius patco +nomini, primum dictum Scribonij de Diabolo sagas sustentante rejicit, censet enim nullum hic esse factum, nullum ministerium, neque operam vllam dæmonis, sed Dei omnipotentis solius, per suos ministeriales angelos bonos, id exsequentis. Qua in re, quam minus securam sit ingressus via mox ostendetur: illud autem ab eo consultè fuit additum his verbis: licet sepe holitor sit opportuna locutus, tamen multum intererit Dauusne loquatur ad hæros: ideo ne scientia vel sensuum alitudine potius, quam exercitij Christianaæque charitatis pondere hæc scripsisse videar: totum dependere me à sancta matris Ecclesie auctoritate profiteor, nihilque quod eidem in vllò aduersetur, determinate, multo minus obstinate, defendere velle.] Salutarem profecto clausulam exosculor, & hanc illi mentem gratulor, speroque futurum, vt, cum Ecclesie sententiam Canonibus priscis luculenter expressam viderit, cum rationum suarum & imbecillitatem, & communis sententia vim, atque momenta diligentius

C
a c. vlt. n.
238.

b supra n.
239.

Mmmm

perpen-

perpendit, liberaritque: sese illi sit adiuncturus, prudentis sane est, communem potius Theologorum & Iurifconsultorum Catholicorum sequi orbitam: quam recentium & Nouatorum ratiunculas, prima specie fucum aliquem acuminis praeferentes, amplecti. Maiorque apud sinceri iudicij homines auctoritas, est tradita à summis Pontificibus praxis & doctissimorum totius Europæ virorum scriptis consignata: quam aliquot latrunculatorum, vs vulgi opinionem sequentium, periculosa experientia, & vsurpationis. Ego nihil in hac tractatione scientiæ exquisitoris vel sensuum altitudinis profiteor: sed tamen studium veritatis, & diligentiam, & lucem nonnullam, pro ingenij mei tarditate, & imperitia scribendi, spondeo. Spero concertatorem, vt vult alios ipsum ab omnibus ferme dissentientem benigne ferre: non ægre laturum, si soli ipsi non consentiam, vt cum tot viris clarissimis & doctissimis conspirem & sentiam.

In primis quod supponit plerosque iudices hac hodie vti proba: id scio verum non esse: nisi fortassis de sola loquatur Germania. Nam in Italia, Hispaniaque (vbi illibata Canonum auctoritas) penitus nulli ea nunc vtuntur. In Francia & Belgio, vel nulli omnino: vel adeo pauci, vt eorum ratio habenda non sit: ijque non nisi indoctiores, & rurales iudices. In ipsa Germania, doctiores quique hunc vsum improbare cœperunt: & illi ipsi, qui nondum deseruerunt, cum serupulo & anxietate, metuque erroris id faciunt: vt patet ex epistola Westphalorum ad Godelmannum missa, & eius operibus inserta. Plerique etiam, vt I. C. illi Germani quos citavi *quæst. 4. sect. vlt.* testantur, iam paulatim in de-

A suetudinem multis in locis eam abire. Hoc ergo sensu vera est inscriptio operis illius: *hac proba plerisque hodie iudices vti.* Hoc promisso.

B Sententia scriptoris illius (vt eam non minus fide, quam compendiose totam ante oculos proponam) in summa hæc est: *Quando indicia sufficientia ad comprehensionem adsum, tunc comprehendere debere: (quod certum est) quando vero contra incarcerationum vehementiores præsumptiones (etiam species facti) accederent, tales vs communiter ad torturam sufficientes esse possent: tunc non esse confessum quæstioni subiciendos, sed ad firmum robur præcedentium indiciorum, probam hanc aqua primus adhibendam: non ad reum per hanc conuincendum: sed præparandam & muniendam torturam vim, & momentum faciendum tanto confidentius a.]*

C Considera (lector) iuxta hanc sententiam duo, primum concedere auctorem, ad pœnam siue supplicium inferendum non esse adhibendam hanc probam: sed tantum ad torturam. Deinde quoad torturam: ea non vtendum iudicibus ad supplementum quando desunt sufficientia ordinario iure indicia: sed tantum ad confortationem præcedentium indiciorum, alioqui satis validorum ad torturam: idque duntaxat, vt iudex sic confidentius possit ad torturam procedere. Ex quibus patet primo, quam exigua sit & quam non necessaria ad iudiciariam inquisitionem hæc proba. solum enim prodesset ad torturam, idque non nisi quando iam ad torturam sunt indicia sufficientia. si sunt sufficientia: iam non necessitatis res est, sed abundantioris tantum cautela, & quasi curiositatis. Rursus, si certum à Deo missum signum est: cur non vt ad torturam, sic etiam ad condemna-

tionem

a sic ille
n. 24.

D

tionem quoque adhibeatur, eodem modo? verbi gratia, ut confidentius iudex condemner. Immo maior videretur esse necessitas huius probæ: quando testimonijs conuicta sufficienter saga, torturam tolerantia eludit: quam in casu, quo probam aduersarius requirit: adeo, ut nisi omni tempore prohibita hæc foret, tunc potius ea utendum videretur.

Illud etiam non capio, quod subdit, *plerasque de leuioribus indicijs comprehensas ubi generali inquisitione facta, nulla qua adminicularentur indicia superuenirent, aut ante aut post aqua probam: purgatione canonica indicta, ac iuratione solemniter premissa, per ipsos dimissas esse & restitutas (sic aiunt numer. 28.) bene quod dimiserint: non bene, quod probam tunc instituerint. Nam si tantum erant indicia ad capturam sufficientia: ius illis non erat, (ex ipso forummet sententia) cogendi ad hanc probam: tunc enim dumtaxat asserunt probæ huic esse locum, quando ad priores illas pro captura, vehementiores aliæ præsumptiones accederent & insurgerent, quæ communiter ad torturam iufficerent (ut dictum ab ipsis numero vigesimo quarto.*

Deinde si hæc legitima probæ species est: ad canonicam purgationem veniendum minime fuit. cedo enim, vel mergebantur, vel non, si mergebantur: cur ut innocias non soluis? cur adigis ad vltiora? nonne sat expurgata, quæ Deo iudice expurgata? certe conditio hæc vulgarium huiusmodi purgationum semper fuit: ut quibus euentus fauisset, ei se iudex factorem exhiberet: absolueretque, quam vel aqua vel ignis absoluisset. Si supernatabat: quid adhuc testimonijs egebatis? certe non nisi, quia probæ vestræ in omnem partem incertitudinem noueratis. non er-

A go hæc Dei miraculum est: si incerta, si dubia. Vos ipsi præiudicio vestro causam præuaricamini.

B Sed addunt b experimenta innocentium quorundam, qui, cum vellent probare sponte sua, mergebantur, sicque falsi sunt cognatos affinesque suos, quos videbant immerfabiles, vere culpæ reos esse: immo & ipsi se accusatores ac vindices præbuerunt. Vnumque narrant exemplum his verbis.

C E diuerso contigit vetulam quandam stipite arundineo nixam (qua ante complures annos malefici, vna cum marito & sorore, insimulata & comprehensa, his supplicio absumpta: illam quod & leuiore tum contra se quam contra ceteras præsumptiones militarent, pariterque grauida & partu proxima esset: in exilium fuerat relegata, ubi contra identidem geminatum ac sub pena Magistratus interdictum, prouincia ac habitationi sua se intulisset) comprehensam ac aqua ad submergendum hoc an. 1594. adiudicatam, carnificique traditam, tanta potentia aquis sese sapius, interdum & vsque ad humeros videndam extulisse, & quasi ebullisse, & profuuisse, ut demergente, & obrudente eam sapius conto carnifice, sub aquis vix contineri potuerit: existitque tum multorum sermo, ipsam nisi tanta vehementia conto per carnificem fuisset depressa, ac in aquis detenta, facili & quidem celeriori negotio, quam homini esset possibile, enatatam ac euasuram fuisse.]

D Hanc scriptor, hoc indicio fretus, nihil dubitat maleficam, & comburendam fuisse potius, quam submergendam. Ego hic rursus hæreo. si comburenda: ergo vult indicium sufficere ad mortem, & contradicit suæ positioni: qua ad torturam dumtaxat eo utendum censuit d: Item, si conto eam sub aquis carnifex potuit detinere & mergere: non igitur Deus hoc per suos ministeriales angelos

b nu. 29.
& 30.

c num. 31.

d nu. 24.

bonos exsequitur, & sagas arcet ac repellit ab aquis, vt postea dicit ipse *nu.* 138. Nam quis hominum robur vincat angelorum? si angeli expellebant: qui fieri potuit, vt conto carnifex, angelis contranitentibus, eam potuerit submergere, & aquis praefocare? Non igitur erat cur dubitaret, & tam multa scriptor ille meditaretur circa hanc facti speciem: sed paucis poterat concludere. hic effectus à vi naturali non manat: nec à Deo manare putandus: non enim Dei voluntas, & ministrorum eius efficacia, in hac vna malefica irrita foret: restat, vt visenatandi extrinseca sit, & ab illo: qui hominum gaudet interitu ac deceptione: cuius tamen conatus omnes à ministris iustitiae Deus, vt plurimum, patitur superari.

Video hic dæmonem conantem pactis conuentis stare, & sagam vndis expellentem: video vinci à conto carnificis: qui id fieri potest? certe digitus Dei hic est, carnifici victoriam tribuentis, quia iudicium Dei exsequitur. Si hæc & consimilia verissima meditata fuisset, non confugisset ad illam regulam, qua putat difficultates omnes decidi & exhauriri a. *Iudices indicijs qua ad torturam de iure sufficienti precedentibus, posse in supplementum plenioris & legitima probationem, sine conscientia lesione, ita facere, vt dilucido, & stricte lictori mandato, sufficienti intervallo interiecto, apparere ipsis ac omnibus circumstantibus, de natatione vel submersione delata, sufficienter possit.*] addit & alias cautelas circa modum. primo hoc intervallo vnum esse debere, & aliquanto laxius, saltem ad solius iudicis non carnificis arbitrium distinctum & temperatum: debereque iudicem aduigilare, vt omnis fraus, collusio, fu-

A cus, indiligentia, vel implicatio absit. Cautela hæc bona est, si res ipsa licita foret.

Solent enim omnes mergendi & natandi imperiti, sed & periti, dum merguntur: ante quam aquis praefocentur, aliquoties supra aquas capite & interdum humeris efferri, conante quantum potest natura hominis conseruationem. diligenter itaque videndum ne quid tale hic eueniat, quod Magia

B ascribatur, vel miraculo Ideo suspicor addi ab auctore: iudicem omni cura prospicere debere, quid natura: quid miraculoso indicio sit tribuendum. Sed frustra sunt cautela omnes nec vlla humana prudentia vnquam poterit sanctum efficere, quod, quia illicitum est: vitandum erat. Neque nunc disputamus, quid iudici faciendum vt hoc indicium exerceat cautè & circumspectè? led an vllid ei modo liceat exercere?

C Quod postea *num.* 38. requirit, non accedere iudicem ad hoc experimentum, nisi vehementissima, & plusquam ad torturam sufficientia praecesserint indicia: id pugnat cum ijs quæ *num.* 24. & *num.* 35. dixit, sufficere praesumptiones vehementiores, quæ ad torturam communiter sufficerent. si sufficientiam, quæ ad torturam sufficientem, cur non requirit, plusquam sufficientiam? si praecesserunt plusquam sufficientia: quid hac opus proba?

D ut enim ad condemnationem, vbi reus legitime conuictus, vel, ipsa facti notorietate, res luce meridiana clarior est: hæc proba foret superflua: Sic etiam, ad torturam superflua erit: quando sufficientia ad eam habentur indicia. Nec enim superflua inquisitiones iudicibus permissa sunt, vt *docetur lib. seq.*

E Quod addit *n.* 39. discrimen esse inter

malefi-

n. 32. 33.
3. 4.

n. 15. cū
teqq.
E

*6 ca. 1. de
proba.*

maleficos & alios criminosos : & in maleficis , propter difficultatem probandi , maiorem licentiam iudicibus concedi , vt scilicet hæc aquæ probatio admittatur ; in criminibus cæteris non admittatur , sed in ijs canonicæ & ordinariæ purgationes sufficiant . item , peculiare esse hoc in maleficio , quod licet Panormitan . (quem DD . alij veteres sunt secuti) censuerit in aquæ frigidæ purgatione supernationem esse documentum innocentia : tamen in solo crimine maleficij contrarium notandum . id vt gratis dicitur , gratis possit negari , & ex dictis D . Bernard . *sermon. 66. in Cant. in fin.* vbi idem hæresi & hypocrisis tribuitur , falsum apparet . Nobis nunc tamen , id est , minime negligendum . ex eo enim pellucere potest vanitas vel probæ , vel defensionis eius . Et enim si hæc proba ad condemnationem institueretur post torturam , aliquid forte ad rem pertineret , quod de difficultate probationis in hoc crimine prætextitur . Nam difficultas tota , quæ in hoc crimine peculiaris iudicibus occurrit : inde nascitur , quod sagæ plerumque tormenta eludant per somnum vel indolentiam : ante tormenta vero , ad indicia quæ pro tormentis sufficiant , longe plura inuenias momenta contra sagas , quam contra adulteros , vel nefariæ veneris reos . plures enim correi sunt sagarum , & hoc crimen non occultius admittitur , quam ista quæ dixi : in quibus vnici duntaxat est concius , & secreta thalami quærantur , quodque dici solet , etiam soli & astris reliquis ea occultantur .

Cum itaq ; velit auctor hanc probam ad torturam duntaxat præmitti : non est , quod in hoc sagarum crimine peculiare ius introducat . Cæterum , quod à cæteris criminibus non modo

A hoc excipit , sed etiam contrariam illi quandam ab extrinseco conditionem appingit : scilicet etsi criminosi alii iuste accusati mergantur , tamen in hoc crimine sagas mergi non posse . hoc certè , si ratione criminis fieret : consequeretur eas mergendas : quando de alio crimine (puta furti) accusatus , iuxta ritum illum veterem , de quo Panorm . egit , aquis iniicerentur , si noxiæ forent : quæro igitur , mergentur , neque ? Si mergendas dicat : contra , sed illam quam narravit *num. 30.* patet , mersam non fuisse vi ponderis sui , sed violentia cõti deprimentis : & tamen sagam fuisse dixit , & damnatam dixit , quia exsilij mandatum bis infregerat , atque ita non propter maleficium . nec enim ratione maleficij ad aquas damnassent , vbi moris est ad rogam mitti iuxta leges Imperij . Si dicat non mergendas : certe iam sequitur , hanc supernationem non esse introductam , duntaxat à Deo ad dirigendum iudicem , in eius criminis iudicio , de quo disceptatur . tunc enim non ageretur , nec iudex inquireret , an esset rea maleficij , sed an esset rea furti , puta , vel adulterij . In quibus criminibus deciperetur tunc hac proba iudex . Nam dum de furto quærit , si non mergitur (quia saga) certe absoluet eam , quæ verè furti rea sit , quia non demersa : & ideo à furto immunis censenda . Nec ad rem facit , quod hinc indicium capiet maleficij .

Quid si enim nulla cõcurrerint alia , eo quod etsi saga sit , nulla tamen de ipsa suspicio habebatur ? certe iudicis officium erit dimittere : quam miraculo Deus sagam esse docuit . Si non dimittit , iniquus erit iudex , qui furti ream , diuino expurgatam iudicio , non dimittit . vides in quos se stimulos conscientia injiciant : qui has Nouitatum

superstitiones, vulgariaque sequuntur opinamenta. Nunc videamus, quibus rationibus suam probam defendat, & singulis ordine respondere conabor, habentur eius cap. 2. & toto postea cap. 4. vbi excursionem vnam prolixissimam addit, qua narrat & describit Dei prouidentiam suauissimè omnia regentem, & mortalibus optimè, ne demon illos decipiat, prouidentem: & per Angelos custodes etiam singulorum elementorum omnium satagentem. hanc quidem probam peragere per eum, qui aquæ præest elemento.

Multi in ijs deducendis accumulati, non certa, nec probata. Et quamuis omnia forent certa & probata, nihil tamen nos ea premerent. Esto enim Deus impedit, ne dæmon nos opprimat, vt vult & possit: ergo nullum lædit? vbi Iob? impedit Deus ne nos, ac ac iudices & magistratus præcipuos ad lubitum decipiat? ergone semper & omnes? vbi Achabore deceptus Pseudo prophetarum? vbi Susanna falso crimine damnata? Quod denique dicit, num. 223. pauciorum miraculorum hodie causam esse, fidei inconstantiam & teporem; ea quidem vna est; sed melior alia, quia stabilita iam semel fide, minor est, vel nulla necessitas eorum. Et quod n. 226. addit opera omnium rerû creatarum siue bona, siue mala Deo esse attribuenda, id nisi sane explicetur, catholicum non est. nam culpæ mala seu opera, quibus peccant homines, Deo, qua mala sunt, tribus fides vetat. Sed puto eum de actu naturali tantum: & non morali sensisse.

Primum argumentum eius, pro hac probâ, est, inter alia multa, id quoque à iudicis arbitrio pendere, vt probationibus ijs pro arbitrio vti possit quas adhibendas iudicat, & ijs credat, quan-

tum ijs probatum existimet, vt Hadrianus Imperator censuit. *a* Respond. Probationes iudicis eatenus esse arbitrarias, vt ijs ex legum præscripto sic vtatur: vt nullas assumat, quæ iure prohibita sunt, qualis est ista, de qua agitur: nullas etiam, quas Deum offendere vel putet, vel putare debeat, qualem istam esse postea ostendam. hoc sane, quod de arbitraria iudicis licentia in criminalibus læpe iactatur, suis cancellis, & Iuris peritorum sanctionibus, postea lib. seq. includam, & licentiosam proteruiam voluntate, pro ratione, abutentium, frenis velut infrunitum animal constringendam moderandamque docebo.

2. Argumentum præsupponit, iure Canonico non prohibitam esse hanc purgationem in crimine maleficii, quia ius canonicum non dicit expresse, non licere in hoc crimine hac proba vtî; & quæ expresse prohibita non sunt, illa stare non prohibentur. *b* tum quia crescente delicto modus pœnæ & tormentorum debet crescere. *c* Ex hoc fundamento sic argumentatur. Hoc crimen quotidie auferere videmus: licet igitur iudici genera veritatis inquirenda inuenire noua, non prohibita. quod probat multis DD. dictis generalibus. *Respon.* Fundamentum præsuppositum esse vanum, falsumque. Quia sic posset probare in maleficii crimine ad eruendam veritatem, etiam duellum iudici à Principe posse. Nam nec duellum in maleficii crimine iudici, est iure prohibitum, expresse facta mentione maleficii. sic posset de ferri candentis probâ hoc idem inferre. Sed cum in his pateat illationem huiusmodi non esse faciendam, satis apparet, nec de aqua frigida proba, hoc dici posse. Sicut ergo duellum fieri nõ potest ad pro-

n. l. 1. s. 2. iudicem de testib.

arg. 1. nec non 8. §. quod eis in verb. filies non prohibentur. D. ex quibus maio. in integ. el. relog. D. de pas.

batio.

bationem maleficij, idcirco duntaxat: quia duellum fieri generaliter prohibitum fuit: non poterit etiam hæc proba adhiberi, propter eandem generalem prohibitionem. Nec enim solent leges purgationem aliquam prohibentes addere, ut non liceat ea uti in tali, & tali crimine: sed simpliciter vetant ea uti. quia qui generaliter prohibet, omni in re id prohibet: qui furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari: qui candente ferro experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu, quo: ratio prohibitionis procedit.

Qui ergo prohibet canon uti iudicem probatione aquæ frigidæ, prohibet ea uti in omni crimine. quia nullum est crimen, in quo prohibitionis ratio æquæ non militet: ea enim hic est, quia superstitiosum, & incertum, & cum Dei tentatione coniunctum est hoc genus probationis: ut ipsimet Canones indicant, citati superiore *quæst. scilicet. 3. in sm. d. & scilicet. 4. e* ex quibus disertè, & annullantur tales purgationes aquæ frigidæ, & prohibentur litigantes eas præstare, & iudices prohibentur postulare. Et Doctores omnes tam Theologi quam Iurisperiti ad vnum, hanc accepere, ut generalem prohibitionem, neque putarunt sibi vllum crimen excipiendum, neque vnquam de maleficio excipiendo, in hunc vsque diem vel somniarunt: quia videbant prohibitionis rationem æqualem in maleficio, atque in cæteris criminibus. Generaliter & sine criminis vllius exceptione (nullam enim addunt) locuti sunt Theologi, iurisperiti que. *Diu. Thom. in 2. 2. q. 95. art. 8. an add. 3. & ibi Caietan. D. Anton. 4. p. tit. 15. cap. 34. §. 2. Binsfeld. 2. part. de confess. maleficor. quæst. 1. post vlt. conclus. Petr. Tyrans lib. de demo-*

A *mac. edition. 2. Petr. Gregor. lib. 48. Syntagm. cap. 19. Abbas in cap. licet in fin. ne cleric. vel monach. Matt. de Afflict. ad lib. 2. Constit. Regni. tit. 31. Turcrema. in d. cap. consulisti. Abb. & Ancaran. in cap. fin. de purgat. vulg. (vbi bene loquitur) Andr. Alciat. in Compend. Iudiciary processus. Iudoc. Damhauderius in pract. crim. cap. 43. Nauarr. c. 11. Manual. 36. Nicola. Remig. li. 3. Demonolat. cap. 9. Andr. Gail. lib. 2. de pace publica cap. 7. num. 24. (vbi sicut & Ancaran. expresse addit, esse Mortale peccatum) Ioan. Althuz. admonit. ad Iudic. idem temere Ioachimus à Beust, Boreholt. Venatorius & alij citati à Godelmanno dicit. cap. 4. num. 23. & num. 27. qui addit hanc, communem Do. sententiam, approbati quoque ab omnibus facultatibus Iuridicis Academicarum Germania.*

B *Sane cum Canones sic expresse loquantur, & generatim ab omnibus Dd. intelligantur (nec enim vel vnum Theologum Catholicum, vel vnum Iurisperitum pro se adducunt aduersarij. Cuiacius enim in Feudis tantum meminit moris prisici, non vero eum laudat vel probat) nonne ab Academicarum & Doctorum recedere communi consensu, canonum innixo & menti & verbis, propter leuiculas rationes, temerarium & inconsultum est admodum? frustra igitur sibi hoc effugio blandiuntur. satis enim expressa est prohibitio canonum. Quia negatio malignantis est naturæ & vniuersim destruit, quicquid eam subsequitur.*

C *Modus pœnæ augetur cum delicto: quando legibus ille modus non aduersatur: hunc aduersari iam palam est. Hac vite tractâ, cedo alteram.*

D *3. Argumentum simile est sequentibus, quæ omnia multum habent ver-*

E borum

borum, sed parum stringunt: reducam analyticè ad sua enthymemata vel syllogismos. sic enim vis ratiocinationū optime intelligitur, & fucus omnis remouetur. tertij ergo argumenti summa hæc est. Iudices possunt & debent eam adhibere pœnam, quam rei maxime metuunt, & propter quam ipsi alijque exemplo territi efficacius à delicto deterrebuntur: huiusmodi quo ad maleficas, sunt ignis & aqua. ergo his elementis, iudicibus in hoc crimine potissimum vtendum. *Respon.* primo si quid hoc argumentum valeret, probaret etiam de ferro candenti: de quo tamen id nec ipse aduersarius asserit: quod si asserit: nonne Dd. omnibus Canonibus, & alijs quoque f. manifeste se opponit. quod cuius modestiæ sit, ipse viderit. Si quid etiam valeret; probaret non in maleficis tantum: sed & in homicidis, & in alijs criminibus: quod tamen aduersarius in alijs negat. Ignis enim tormentum maximè metuendum est, tam latroni, quam Lamie. Præterea quæro, cur aquam magis metuant Lamie, quam fiduculas, & e-culeum: quia (inquit) illi queunt resistere, huic non queunt. Sed cur huic nequeunt? Deus (inquit) non permittit. Vnde nos? experientia. sic semper principium peritur. *Secundo respondeo.* Maiorem absolutè falsam esse, si sit propositio vniuersalis, adhiberi enim non possunt à iudicibus pœnæ, quibus iura vel legitimæ consuetudines non suffragantur: hæc vero aqua frigida vsurpatio. Dei tentatrix est, & iuri aduersatur, ac proinde vsus eius corruptela est, non consuetudo. Si negat vniuersalem esse propositionem: corrui syllogismus, quia peccat in modo.

Quartum argumentum. Ad verita-

A tem indagandam vti debent iudices modo, qui magis fauet vtilitati publicæ, talis est hæc proba, igitur ea vtendum. Min. probatur: quia tendit ad conseruationem publicæ vtilitati, ad salutem ac reconciliationem humani generis, omniumque terræ fructuum prouentum. *Respond.* Minorem falsam esse: probationem vero eius supponere, quod erat probandum. Non enim quæritur; an maleficas, quæ veræ maleficæ sunt, & quas esse iudici constat, puniendæ? item an iudex modis legitimis quibuslibet vti possit? constat enim affirmatiua horum pars, sed quæritur, an iste modus sit legitimus, & in hoc fallitur scriptor ille, quia putat, vt actus aliquis sit legitimus, & bonus; sufficere, si per eum quis ad bonum finem tendit, Nonne bonum, ægro sanitatem conferre, sane si finem spectes? sed si per maleficium conseras, vel vt per fornicationem, aut aliud peccatum eo tendat, actus erit malus, & lethalis, cur? nonne ad finem bonū tendebat? ita, sed per medium non bonū. Idem hic assero bonum ad finem tendere iudices hos: sed peccare, quia per mala media, nempe superstitionem & tentationem Dei. Præterea hoc quoque argumentum labdat vitio, quo præcedens, dum plus probat, quam intendit; nihil probat ad eundem enim finem tederet iudex per duelli, vel ferri candentis purgationem: & tamen hoc ei non licet.

Quinto, constat experientia sagas probam aquæ maxime vereri & detestari, eo quod sciant se sic detegendas: verisimile ergo est illas tali indicio cōuictas; nō ausuras subire eculeū, vel saltem in eo non negaturas, quod ante in aquis coram omnibus palam fecerunt. *Respond.* consequentiam hanc

nihil

f. c. Mé-
nam in fi.
d. c. confu-
uisti. d. c.
ex tuarū
d. c. sentē-
tiam & c.
fin. de
purg.
vulg.

Nihil valere Deinde, si hanc maxime detestantur; quomodo solent se illa huic probæ offerre tam frequenter? Item, vnde sciunt certo, se sic detegendas? nisi quia pacti sibi talis consciæ sunt. Si pacti consciæ; fit hoc igitur dæmonis opera quod aduersarius negat. Denique potius crediderim, illas tunc libentius eculum subituras, & tormenta pertinacius laturas, vt tolerantia diluant præcedens aquæ indicium, sic enim cassum reddituræ conatum illum improbi iudicis.

G *Sexto.* Indicia depositionis & denūciationis sociorum & complicum, incerta sunt & fallacia: ergo potest iudex ad eorum robur hanc probam adijcere. Anteced. probatur tum quia malefici potentiores solent se laruis obtegere: tum quia Diabolus potest innocentium vultus in conuentibus exhibere; tum quia conuentus tales incerti, & imaginarij sunt. *Respond.* Primo nec conuentus esse imaginarios & incertos omnes, contrarium docui, *supr. libr. 2.* nec omnes semper iurati interfunt, vt etiam illic docui, nec diabolus à Deo in hoc crimine permittitur innocentes exhibere, vt etiam docui, *eodem lib. 2.* sic falsum antecedens. Sed si illud concederem, & nunc pro confesso haberem, inde tamen non sequeretur illatio illa. Possunt enim illa indicia, alijs legitimis indicijs roborari (de quibus agitur *libr. sequenti*.) &, vt nulla forent indicia legitima alia, præstaret reum nocentem absolui, quam ex prohibitis indicijs & illegitima probatione condemnari, teste Stephano Pontifice a. Denique hoc argumentum etiam probaret, de omni vulgari purgatione.

Septimum argumentum, ex verbis D. Binsfeldij contra eius mentem, non dicam calumniosè, certe non omnino

A candidè detortum & contextum est, quibus, vir ille & doctus & pius, iudices ad puniendum maleficium istud hortatur; & probat in hoc crimine plus deferendum testimonio complicum, quam in ceteris criminibus: ex his concludit aduersarius, hanc ergo probam recipiendam: quia hæc proba est certior illis testimonijs. *Respond.* nec esse certiozem, sed incertiozem; quia nullus homo tam mendax, quam Diabolus, cuius hæc proba pacto nititur: nec ad re pertinere certior sit, nec ne. Ratio enim dissimilis valde est harum probationum, testimoniorum probatio diuino naturali, & positio iure nititur: proba hæc vt iam sæpe dictum; sed seq. sectione probandum, omni iuri repugnat.

Octauum argumentum, teste Binsfeldio, indicium homicidij ex cadaueresanguinante coram occifore petatum, videtur soli diuino miraculo adscribendum: ergo sentiendum similiter de sagis supernatantibus. *Respond.* quid de antecedente sentiam, hoc opere non semel me indicasse: sed esto, sit adscribendum miraculo: an eadem ratio huius probæ? dicis, non probas. Ego qui nego, discrimen dabo: Nulla in sanguinis illa missione causa subest suspicionis, de pacto cum dæmone: nihil illic miscetur superstitiosis: non quæritur illic à DEO lignum & proinde, nec Deus tentatur: quæ omnia reperiri in proba frigida docebit sequens lectio.

Nonum argumentum, ait inconuenibile esse, si diligenter aduertatur: aduerte igitur quæso (*Lector*) mecum, & herbam para, quam victi victori porriganus. Sed quid hoc? an montes parturiuere? certè nihil hic reperto a me. 67. vsque ad numer. 70. quod vim habeat argumenti, nisi istud: Iudices à

maleficis, in ijs, quæ ad iudicium eiusque ordinem pertinent, ne lædi, nec impediri possunt. Dæmon ab initio mundi semper omnia conatus fuit & conatur, ne malefici puniantur, & ut amassios suos eripiat iudicibus: ideoque persuaserat olim omnia, quæ fatentur, illularum mentium esse somnia: sicque consecutus diu fuit, ut impunitate & contemptu iudicium, mire numerus cresceret reorum. Eadem ex causa tam maleficæ, quam dæmonum summo opere vellent lædere, & exterminare omnes iudices: quod nequeant, fit, quia Deus non sinit; cuius potestas est infinita, dæmonis finita, si ergo tantopere Deus potestatem suam ostendit in defensione & tutela iudicium in hoc crimine; qua re non idem plane volet, & operabitur Deus, circa executionem huius aquatilis probæ, qua quasi index est, & minister ad huius maleficis hæreses veritatem relegendam ac agnoscendam?] Sic enim ille concludit, ex præmissis quas narraui, breuiter, hoc ait: Deus potentiam suam ostendit in tuendis iudicibus contra dæmonum & maleficiorum insidias, vult igitur eam ostendere quoque in crimine eorum detegendo. Respond. Quid si negem consequentiam, & dicam argumentum à pure particularibus procedere? Deus hoc facit, ergo & istud vult. Si dicas probari consequentiam: quia: vt decet Deum iudices tueri ne lædantur; sic decet eos dirigere, ne fallantur. Respond. nunquam illos falli, quando vli sunt modis & medijs à iure comprobatis. Non enim fallitur iudex, qui nocentem absoluit, quem acta docent innocentem, vel non docent nocentem. Nunquam falli, solius Dei est, neque hoc iudicij humanis competit. Præterea multa crimina sæpe

A Deus vult in sequenti sæculo in solidum puniri: ideo ea permittit hic latere. At reipubl. melius consultum si deprehendantur: sane, sed an Deus semper quod singulis rebuspub. vtilius; id facere tenetur? Quid si illas punire velit? Possim etiam dicere, vtilitatem illam reipubl. honori diuino cedere; hunc sæpe, expolcere, vt crimina quædam futuro vltimo iudicio seruentur expianda. Nonne eodem argumento idem de furibus probem & licariis? Deus potentiam suam ostendit in iudicibus & ministris alijs iustitiæ tuendis, vt exiguo numero aliquando & plures & ferociores comprehendant, eorumque vitent gladios: ergo etiam volet hanc prouidentiam suam extendere ad criminis eorum detectionem. Denique non semper iudicia hæc sine omni impedimento procedunt, vel latione iudicium, aut ministrorum iustitiæ, vt docuit lib. 3. Ecce, quam leui manu & breui falcicula, stupeus arietis tam inuicti funis ducissus, machinam exar-mavit.

D Decimum, fors consultoria permittitur; quatuor conditionibus concurrentibus: hæc proba est quadam fors consultoria, & in ea inveniuntur conditiones quatuor illæ, nam non fit in electionibus Ecclesiasticis: sed fit in rebus Spiritualibus & ad animæ salutem pertinentibus; & fit cum reuerentia, & ex necessitate, defectu aliarum probationum, poterit igitur hac iudex vti. Respond. Hanc fortem non esse consultoriam, sed diuinatoriam, nam consultoria fors quærit, quid agendum vel iudicandum sit; hocque de futuro: diuinatoria, quid euentum sit, vel quid factum, latens. In hac proba vero non quæritur de futuro, neque de eo quid facien-

dum;

dum; sed tantum de præterito siue de culpa & commissio non aperto. Diuinatoria igitur hæc fors foret. Prohibita ergo hæc proba, vt cæteræ sortes diuinatoriæ. Immo & consultoriæ sortes hodie prohibitiæ sunt, nec permittit nos Deus voluntatem suam per extraordinaria; & iure Ecclesiastico vel S. S. non approbata media inuestigare. Vide quæ dixi supra capite secundo quæstio. 7. sect. 4. Neque hic ad sunt quatuor illæ conditiones, nam deest necessitas b.

Vndecim c, mallei malef. auctor ex Scoto dicit licere vt absq; Mortali ad tollendum maleficium remedijs vanis & superstitiosis, dummodo sine alio maleficio fiant: & delit omne pactum cum dæmone, etiam implicitum: quia hoc est destruere opera diaboli, quod est laudabile. Hubertinus & Goffredus putant maleficia posse per eandem artem destrui, per quam facta sunt. Imp. etiam, in l. eorum, C. de malef. & mathematic. permittit maleficia quæ in bonum finem diriguntur, nempe ad salutem hominum, &c. Cum igitur in hac proba desit pactum omne, desit etiam maleficium: licebit iudici ea vt, etiam si aliquid superstitiosi admisceretur. Resp. imprimis hic non agi de maleficij destructione, sed tantum de probatione maleficij commissi: & proinde hic opus Diaboli non destrui, sed tantum indicari. Deinde pactum hic nõ abesse. Imper. quoque illam constitutionem (nisi dicas eam tantum toseranter loqui, non vero approbatiue) iniquam esse, & diuino iuri contrariam; quia ius diuinum omne maleficiũ prohibuit, nec enim faciendæ sunt mala, vt eueniant bona. Hubertini vero Goffredi, & vt videtur Mallei malefic. opinionem; nos lib. 6. copiose refutatuos; quæ sane, quo ad destructionem maleficij per

A maleficium, est erronea d: quo ad destructionem per superstitiosa tantum media, temeraria est, vt minimũ: quia superstitio semper est in vitio & peccato, nec vnquam licite dicenda. Nec Scotus aliud dixit, in 4. d. 34. q. vni. vbi hæc tractat, quam licere maleficia, signum tollendo, destruere: quod vero superstitiosis & vanis vt remedijs liceat. Scot. non dicit, sed de hac re dicetur alias plura lib. 6.

B *Duodecimum*, est, omnia quæ ab hominibus fiunt, ab intentione eorum ita iudicanda, vt si intentio bona sit & doli expers, peccato vacua sit actio, quia peccata non sunt, si voluntaria non sunt: ideo si iudex putans hoc sibi licere, bona intentione & citra dolum, ad veritatem inueniendam hoc vtatur remedio, vel nihil, vel parum peccare. Confirmatur 1. quia in rebus, quæ ad fidem non pertinent falli, vel nullum vel paruum est peccatum. Confirmatur 2. hoc argumentum, quia iudices, teste Menochio f, duplex arbitrium habent, vnum astrictum, & ligatum: alterum liberum & plenum; quod dici potest, concessio ab homine vel lege facta, quæ posita iudex semoto iure, equitate & ratione, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere.

C Confirmatur 3. tum quia alioqui facile sagæ, sine hoc probæ genere, iudicia eludent: & experientia docet illas nulla Canonica purgatione meliores fieri: tum quia iudicibus admittitur vnica ratio certi aliquid statuendi, & sic molestijs & scrupulis innumeris inuoluuntur. Ex his omnibus, à numer. 82. vsque ad 91. concludit. vix vllum vel neglectæ legis, canonisue, vel temerata religionis piaculum pertimescendum esse illi iudici, qui proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, ac pleno

art. Paris
5. & 6.

eVide D.
Tho. 2. 2.
q. 95. &
quæ dixi-
mus, lib. 1.
c. 1. & d.
art. Paris.
5. tex. Leu.
19. & 20.
& cap. ad-
moncant.
2. 6. q. 2.
ccp. nec
mirum 2. 6.
q. 5.

f de arb.
iud. q. 6.

illo arbitrio vititur, cognoscenda per hanc probam veritatis.

Respond. Plurima hic occurrunt discutienda, quorum iam pars explicata, pars fufus explicabitur lib. seq. Imprimis illa regula, vt fit Theologicæ doctrinæ consentanea, sane est intelligenda; quæ à sola intentione, peccati petit rationem. Nam cum peccatum fit triplex, infirmitatis; malitiæ, & ignorantia; illud quod ex ignorantia committitur, bona cum intentione committi potest; & peccatum tamen esse *b*, vt accidere certum est, quando vincibilis ignorantia est: tunc enim bonam intentionem, non proffus excusare eum, qui facit, quod scire debuit, sibi non licere; certius est quam vt probari nunc à me debeat. *i*. Solum quod ab ignorantia omnino inuincibili fit, caret omni peccato; quia censetur omnino inuoluntarium: vincibilis solummodo minuit peccatum, affectata vero auget, efficit enim, vt sit peccatum ex malitia, considerandum: itaque qualiter ignoret iudex, sibi hac proba vt non licere. Si hoc scire, & discere expresse noluit, tunc ignorantiam directe affectauit: si vero aduertens, vel facile potens aduertere, se discere posse ac teneri, occasionem tamen discendi oblatam neglexit; indirecte tunc laborat ignorantia affectata: & sicut prior est expresse reus ob peccatum malitiæ: sic posterior implicite, & interpretatiue eodem recidit, totiesque sic peccabit, quoties vel directe, vel indirecte, quando se discendi iterum occasio obtulit, discere vel expresse noluit, vel neglexit. *k*. Quæ in Iudicibus locum habent, quia hoc addiscere tenentur: eo ipso enim quod iudices sunt, tenentur scire, quæ officium iudicandi exigunt: tenentur quod, qui rudiores sunt,

A consilium petere à doctis & pijs viris quare cū hoc negligunt, à supina ignorantia excusari non possunt, cū tam facili negotio, consulendo Academijs, Facultates, hoc queant discere. Quod si tamen aliquis contenderet rem hanc esse difficilem cognitu, (quæ mea quidem sententia facilis est cognitu, quia sufficienter à summis Pontificibus decisa) & iudex adhibuisset aliquam diligentiam ad sciendum, non tamen omnem quam adhibere poterat & ratione difficultatis rei, & status sui, tenebatur: adhuc ignorantia erit vincibilis, & proinde cum peccato, quia talis ignorantia non tollit voluntarium. Quando autem quis diligentiam sufficientem dicendus adhibuisse, hoc alterius & prolixæ disputationis est. Nobis sufficit illud fundamentum subuertisse, quo supposebatur ab aduersario solam intentionem bonam sufficientem, ne quis peccet faciendo, quod facere non oportuit. *Ad Confess. l. Respond.* eam esse fallam. Quin etiam falli in ijs quæ pertinent ad mores, & præcepta Decalogi, potest esse Mortale, si quis fallatur propter ignorantiam rerum, quas sub M. tenebatur scire, vt tenentur iudices ea, quæ ad officium eorum spectant, & graue continent præiudicium, vt in nostro casu: cumque omnis error voluntarius quarumcunque rerum, semper sit peccatum ex communiore & veriore sententia, contra Durandum; sequitur, quo error periculosior fuerit & maioris detrimenti, hoc futurum peccatum erroris grauius, hic autem detrimenti est maximi, quia fouet superstitionem, tentat Deum, & proximo grauisimam infert iniuriam. *Ad 2. Respond.* Iudices qui tali arbitrio libero & pleno vtuntur, non iudices esse, sed tyrannos, vt pote quibus in corde illud:

D. Gr. li. 2. q. 74. art. 5. & 7. Thon 2. q. 76. art. 3. v. 7.

Vide D. The. & i. Medin. 2. q. 74. art. 5. & 7. qu. 76. art. 2. Scho. in 2. d. 22. Valen. 1. q. 2. q. punct. 6. & q. 5.

Bar. M. in. 1. 2. q. 94. art. 8.

Videam. et. Vitor. in Rel. de 10. dijs. n. 9. V. q. 2. li. 6. in Conc. Trid. ca. 18. Sor. in 4. d. 5. art. 2. q. 10. 2. dubio. 10. Vale. sup. pum. 1. Angl. in 2. d. 22. q. 2. art. 2.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas:

Et qui iubent potius, quam cognoscunt; ideoque regnant potius, quam iudicant. Vlline vnquam ab illo homine vel à lege facta hæc tam laxa concessio, vt ipsi liceat solo vacare dolo; cæterum, se ponere ius, æquitatem, & rationem; proprium vero sequi appetitum, & sic quodcumque placuerit in iudicio statuere? Deus bone, quod talia iudicia deciderunt? hancne licentiam tribui ab hominibus Christianis? qui ius & æquitatem remouet, nonne iustitiam tollit; quæ omnis vel benigna æquitate, vel rigido iure fulcitur; æquum bonumque; naturalis est iuris; hoc tollis, si ab æquo bonoque & iure simul iudicem permittis abire. Non hominis, sed Dei iudicia iudices iudicare Rex ille Israël; vere dicebat; hominis est arbitrium sequi rationis, quæ nos à belluis discriminat, & ratiocinatione præcedente imperare humanis affectibus, qui quod contra legis præscriptum sæpe nituntur; ideo iudices nolebat humanum sequi iudicium, sed diuinum: quia iudicandi leges acceperant à Deo Iudæi, ideo qui secundum illas iudicabat, memorerat se Dei iudicare iudiciū. Aduersarij ne hominis quidem iudicium amplectuntur, sed belluarum: hominis est rationem nunquam semouere, belluarum est appetitum sequi, qui ergo iudici, semota ratione, proprio duci appetitu, permittunt; nonne bestiam, non hominem iudicatorio tribunali imponunt? Non, non, qui legibus contemptis iudicat, à Deo iudicabitur. Princeps es, & legis condendæ habes auctoritatem? iustis quas tulisti legibus, pare; non metu pœnæ, quam præfixisti (hanc nemo à te exposcet) sed metu legis diuinæ, metu legis naturæ, amore honestatis & decoris, &

A laudis. Nullus est Princeps, qui Dei lege aut iure naturæ absoluat; aut hoc ius, hanc æquitatem possit, sine peccato transgredi iudicando. Principe iudices inferiores, supremi quidem illi & qui Principis immediate gerunt vicem, dum contra legis mentem non tendant; possunt verborum proprietatem extensione, vel restrictione labefactare alij his inferiores, & à quibus ordinaria solet appellatio, saltem in ciuilibus esse, illi verbis etiam legis astringuntur: si contra ea iudicant, peccare censendi, ex communi Theolog. sententia *b.* Notari digna sunt illa D. Augustini; *Inest temporibus legibus, quamquam de ijs homines iudicent, cum eas instituerunt; cum tamen fuerint instituta & firmata, non licebit iudicibus de eis iudicare, sed secundum easdem c.* D. Gregor. etiam scribit, à iudicibus iura diuina humanaque reuoluenda, & cum reuoluerint, secundum id quod illis constitutum est, iudicandum *d.*; & addit exemplum Moysis, qui querelas populi semper ad Domini tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat iudicia proponebat. *Nimirum (ait) nos instituens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino sententiam proferamus.* Hoc tenebantur sequi præcepto Dei iudices Israelis, qui iudicare iubentur, iuxta legem eis à Deo per Moysen datam *e.*, immo & Regi ipsi eadem necessitas incumberebat *f.* Sane apud Romanos testatur Afconius solitos iudices iusiurandum in leges præstare, quod illas solemnibus formula præretur. Nihil autem perniciosius, nihil periculosius semper iudicatum, quam si affectui indulgere iudex permittatur appetitus vero semotus à ratione, nihilo passione & affectu melior est. Absit ergo à Deū. sentimentium mentibus, absit à Christianis subellijs, talis arbitrij ple-

6 D. Tho. 1. 2. q. 69. Med. 22. q. 6. ar. 5. & ib. Bân & Aragon & Sor. Itē Caiet. in sum. verb. Iudex Nauar. Man. ca. 25. n. 5. & 13. cl. de vera religio ne c. 31. dca. sum. moper. 11. q. 3. e Deuter. 17. v. 10. sp. cap. 17. v. 19.

nitudo, qualis in 2. confirmatione proponeretur *Ad 3. Conf. Respond.* Præstare fasagas centum nocentes absolui, quam ut per talem probationem innocens vna mulier condemnatur, vel periclitetur, præstare eas ab leui sine iudicis peccato, qui licita omnia expertus; quam cum peccato & superstitione veritatē deprehendere, & crimen punire: Quid tibi (O iudex) proderit si provinciam criminolis liberaris. animæ tuæ dispendium facias? quid tibi prodest bene consulere alijs, si tibi per peccatum male consulueris? At illa deterior fiet dimissa; tibi non nocet, sed sibi, consequetur illam Nemesis sua. De scrupulis quod additur, dicerem lubens, *Trepidauerunt ubi non erat timor.* Eximatur semel hic error ex eorum mentibus: errornea conscientia cessabit. doceantur timere superstitionem, doceantur quæ graue peccatum sit Deum tentare. Doceantur mortale peccatum esse, non obedire Ecclesiæ, quæ vniuersim prohibuit vulgares purgationes. Non puto me hac in re falli. vnam ex causis cur canonicis & ciuilibus medijs veritatem non assequantur, præcipuam esse credo, quod huic superstitiosa probationi confidant; cæteris, hoc est iustitiæ & Deo, diffidant, & ideo eas obeunt negligentius. Nonne hoc meretur decipi & illud?

Nauarr.
sup. n. 15.
n. si. ve. 6.
ec. mor
taliter.

Vlt. argumentum, petitur ex verbis D. Bernardi, in *Cant. cant. ser. 66. in fin.* ex cuius narratione colligunt, hunc morem miraculosum, & apud veterem Ecclesiam in more positum. *Sed Respond.* verba D. Bernardi hoc non probare, & D. Bernard. post Longobardorum & Barbarorum in Italiam & Gallias irruptiones ac imperia diu vixisse, nempe post annum 1100. vt antiquior illi auctoritas quærenda fuerit in re, quam ante Bernardum Stephanus Papa, &

A tempore Bernardi Lucius 3. & mox post Bernardum Honorius 3. damnarent. Sed S. Bernard. hanc consuetudinem probat, nec laudat, nec Ecclesiasticum morem, sed quorundam tantum priuatorum fuisse docet: notandum quoque illos hæreticos, de quibus loquitur, fuisse Apostolicos, & pauperes de Lugduno, & de Barulo dictos, verba Bernardi hæc sunt; *Probatum est, mori magis eligunt, quam conuerti. Plerumque fideles intellectu manibus aliquos ex eis ad medium traxerunt. Quæsiu fides, cum de quibus suspecti videbantur, omnia prorsus suo more negarent, examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cumq; iam negare non possent, quippe deprehensi aqua eos non recipiente arripito, vt dicitur freno dentibus, tam misere quam libere impietatem non confessi, sed profesti sunt, palam pietatem astruentis, & pro ea mortem subire parati. Nec minus parati inferre, qui adstabant. Itaque irruens in eos populus, notos hæreticos suos ipsius perfidia martyres dedit. Approbamus Zelum sed factum non suademus.]* Hæc ille, ex quibus patet hoc vulgi factum fuisse, & abs Bernardo illud factum non approbari. *Quomodo approbaret Canonum & peritus & obseruantissimus? Si dicas Bernardum loqui duntaxat, de præcipiti nece illis illata, & hanc damnare, non iudicium aquæ. Resp. D. Bernardum necessario de vtroq; intelligendum. Nam si examen illud licitum erat, etiam licita mors ex illo subsecuta. Nā post culpam ita deprehensā solebant statim supplicio tradi. Deinde B. Bernardus nō approbat illud examen, sed solummodo narrat quid vulgo factum; quando adhuc in causa hæresis vigeat hæc probatio de facto. Principib. dissimulantib. nec satis promptis ad parendum Canonicis decretis; quæ proxi barbarie plerique ignorabant. Respondi argumentis scriptoris illius Catho-*

lici,

lici, & excepti hastas eius amentas: nunc vicissim, communis & vera sententia tela torquebo.

SECTIO III.

Proponitur & probatur vera sententia Negatiua.



G de ijs qui ignari sunt prohibitionis Canonum: de alijs sit Conclus. *Pescant iudices, qui gnari prohibitionis Pontificia, proba*

haec aqua frigida in malefij crimine videntur. In conclusione hac suppono prohibitam esse probam; quod probatum a nobis supra a. Nec valet solutio aduersarij, non esse mentem Canonum de hoc crimine loqui. Vis enim negatiua indefinita prohibitionis, est vniuersalis, ideoque praecipua negatiua semper, vbi que, & omnes ligant: vt docent quotquot Decalogum explicant, ideo qui dicit, *Non licere vti proba aqua frigida*, intelligendus est, de purgatione cuiuslibet criminis per talem probam. Neque haecenus, quod sciam vllus, hanc limitationem canonem illorum somnauit; vt de purgatione leuium tantum criminum loquerentur, nec modernus iste scriptor tantae adhuc est auctoritatis, vt eius interpretatio contra receptam haecenus sententiam sit admittenda, cum nec vera sit. Nam canones illi de furto, immo & homicidio loquuntur, quod graue crimen est. *Concl. communis est, vt superius probauimus.*

Probatur primo. *Quia peccatum est factum, vel concupitum contra legem aeternam, vt ait D. Augustinus b, siue vt ait D. Ambrosius, c, Peccatum est legis diuinae prauaricatio, & caelestium inobediencia*

A *mandatorum.* Inter caetera autem legis diuinae siue aeternae mandata est, vt oues pastorem suum audiant, & Ecclesiae capiti obediant: constatque Catholicis omnibus: ad hoc visibile caput Ecclesiae, pertinere decisionem rerum fidei; & eorum, quae a fide dependent. Horum ex numero est iudicare, quid religionis virtuti repugnet, quid non; siue quid superstitiosum sit, quid non sit.

B Cum itaque Pontifex Romanus, visibile caput Ecclesiae (fremant haeretici, vt lubet) declararit probam seu purgationem aquae frigidae superstitiosam esse; illi non credere, & contrarium contendere; est non audire Ecclesiam, & proinde peccare, dignumque se praebere, vt habeatur, sicut Ethnicus & publicanus; & proinde est incidere in caelestium prauaricationem mandatorum. Si dicas, Stephanum Papam meminisse tantum feruentis aquae, & non frigidae. Urgebo, eandem frigidae & feruentis esse rationem; quia generaliter ibi subdit pro ratione. *Quod Sanctorum patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinuentione non est praesumendum.* Igitur Stephano Papae idcirco haec probationes superstitiosae, quia non repertae in canonicis, non sanctae sanctorum patrum documento: sed ab hominibus vulgo praesumptae. Promant aduersarij vnum vnius patris documentum hanc probationem approbans; & videbuntur non penitus auctoritate veterum destituti. Solum Iuo videtur quodam casu ferrum candens probasse: sed aduersarij, ferri candentis probationem aequae atque ego improbant: & Iuonis rationem supra Sectione contutauit.

C Praeterea Pontifex alios e aquae frigidae & feruentis simul mentionem faciens, vtramque vocat, *popularem inuentionem, vtramque dicit factam, fa-*

D *mentum, vtramque dicit factam, fa-*

E *mentum, vtramque dicit factam, fa-*

*d. c. consu-
luti 2. q.
4.*

*e. c. Men-
nan. in fi-
ne 2. q. 5.*

ERICANT

*a. l. c. p. re-
ced. in rel-
pon. ad 2.
arg.*

K
*l. 2. c. 6.
Pauli. D.
Th. 2. q.
7. ar. 6.
Schol. in
2. d. 35.
De Para-
diso c. 8.*